Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

„ tibi gubernatores tui senes byblii & pru
„ dentes eius praebuerunt nautas administeriu
„ uariae supplectilis tuae omnis naues maris
„ & nautae earum fuerunt in populo negotia
„ tionis tuae. LXX.
„ Principes tui qui habitabant in sidone
„ & aradii fuerunt remiges tui sapientes tui sor
„ qui erant in te isti gubernatores tui senes
„ biblii & sapientes eius erant in te isti confor
„ tabant consilium tuum & omnis naues maris & re
„ miges earum factisunt tibi in occidente occidentis.
Dixerat supra finitimi tui qui te aedifica
uerant impleuerunt decorem tuum ante
quam ueniat. adeos quilonge habitant
proximarum prouinciarum describit auxilia.
Habitatores inquit tui siue principes si
donis & aradii quae uicina est insula remi
ges tui sapientes tui tyro factisunt guber
natores tui: ad sapientes enim pro prie pe
pertinet gubernatio scriptura dicente.
quibus non est gubernatio cadunt quasi
folia: senes siue seniores byblii & prudentes
eius praebuerunt nautas administerium.